



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Arnoldi Corvini à Belderent J. U. D. Jus Canonicum, Per
Aphorismos Strictim Explicatum**

Corvinus van Beldern, Arnold

Amstelodami, 1663

Remotione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10591

Pontificem possunt liberari. c. 1. in fin. c. is qui. 18. §. 1.
de sent. excom. in 6.

Est irregularitas impedimentum Canonicum, quo quis prohibetur ordinem Ecclesiasticum suscipere, aut in suscep-
pto ministrare.

Ea non incurritur; nisi in casibus à jure expressis. c. is
qui. 18. de sent. excom. in 6. Est enim odiosa: propterea
restrin genda. c. odia. de reg. in 6.

De Remotione.

T I T. XLVII.

REmotio, seu Depositio, est de dignitate, ordine, gradu,
deturbatio, vel eorum privatio.

Est vel Verbalis, & proprie Depositio; vel Realis, & De-
gradatio, dicitur.

Depositio fit per sententiam, à solo Episcopo, causâ, in
jure expressâ, c. 1. dist. 35. Decius in c. ut si Clerici. de judic.
aut delicto graviori, c. tua. de pœn. Panorm. in c. fin. de
Celebr. Miss. hoc suadente.

Depositus Clericus, si celebrat, participatione corpo-
ris & sanguinis Domini, excommunicatione perpetua,
demto viatico sub mortis articulo præbendo, privatur. c.
accedens. dist. 50.

Depositus Curiæ seculari non relinquitur, c. cum non ab
homine. de judic. c. at si Clerici. eod. Panorm. post Cardin. in
d. c. cum non ab homine. Innoc. in c. 1. de homicid. in 6. sed
per Judices Ecclesiasticos, detrusione in monasterium, c.
inter solicitudines. in fin. de purgat. can. vel alia pœna, pu-
nitur; nisi sit incorrigibilis. Calest. in d. c. cum non ab ho-
mine.

Degradatio, (Depositio solennis aliàs dicta. in c. Episco-
pus. 11. qu. 3. c. 2. de pœn. in 6.) est, post sententiam, in-
signiorum ordinum solennis detractio.

Solemnitas est; ut Episcopus proprius, si Abbas degra-
dandus, præsentibus Abbatibus vicinis, c. si quis Abbas. 18.

qu. 2. c. miramur. & ibi Gloss. & Doct. de serv. non ord.
si Presbyter, sex Episcopis, c. 1. de hæret. in 6. si Clericus
in minoribus ordinibus constitutus, præsente capitulo,
d. c. 2. de pœn. & ibi Gloss. in 6. c. qualiter. in 2. de accusat.
c. 1. de excess. pralat. (Nisi alia sit consuetudo; c. 3. de
consuet. Gloss. in d. c. 2. de pœnis. in 6.) coram judice se-
culari, cui degradandus est tradendus, publicè Rei caput
tondeat; loca capitis & manuum, in quibus tempore or-
dinationis unctio facta, vitro vel ferro radat; habitum
seu vestimentum Clericale, ordine retrogrado, quo ei da-
tum, ab extremo ad novissimum, eum exuat. d. c. 2. de
pœnis. in 6. d. c. Episcopus. 11. qu. 3.

Habet Degradatio, inquit Lucas de Penna, in l. 1. C. de
privil. Scholar. lib. 12. in tribus tantum locum; in hæreti-
co, c. ad abolendam. §. 1. de hæret. c. excommunicamus. eod.
literarum Summi Pontificis falsatore, c. ad falsariorum. de
crim. falsi. in eo qui Episcopo suo est insidiatus, veleum
calumniatus; c. si quis Sacerdotum. 11. qu. 1.

Degradatione solenniter facta, degradatus efficitur vel-
uti Laicus, omni privilegio exutus & nudatus, & Curiæ se-
culari legibus ejus puniendus relinquitur. d. c. 2. de pœnis.
in 6. c. novimus. de verb. signif.

Manet tamen in Degradato etiam actualiter character
ordinis, & potestas, quamvis ei interdictum sit exercitium.
c. quod quidam. 1. qu. 1. c. licite. 32. qu. 7.

Injiciens manum in degradatum, non incidit in Cano-
nis Si quis suadente Diabolo. 17. qu. 4. pœnam: omnino
in depositum manum injiciens. Gloss. in fin. c. 2. de pœnis.
in 6. Panorm. ad d. c. ad abolendam.

De purgatione Canonica.

T I T. XLVIII.

QUOD si Reus de criminis suspectus, convinci non pos-
sit, non absolvi, sed purgatione canonica innocentiam
suam probare debet, c. si quis Presbyter. hic.

Est